

Commentarium Octavum in ‘Sibi Scribere’

AKAI Kiioakius

1 Praemissa

Me paenitet multa errata invenire in libris quos et hoc anno legi. Quod autem sutupefecit me et fecit me scribere hanc commentationem. Haec enim errata non fecissent auctores qui quidem sanae mentis essent.

Haec commentatio sequens est de prolationibus quas F. Ravaissone Graece posuit in ejus notationibus libri *De l'Habitude*(*De habitu*).

ἔθιζεται δὲ τὸ ὑπ' ἀγωγῆς(sic) μὴ ἐμφύτου τῷ πολλάχις(sic) χινεῖσθαι(sic) πως, οὕτως ἥδη τὸ ἐνεργητιχὸν(sic), ὅ(sic) ἐν τοῖς ἀψυχοῖς(sic) οὐχ ὄρῳμεν· οὐδὲ(sic) γὰρ ἄν(sic) μυριάχις(sic) ρίψης ἄνω τὸν λίθον, οὐδέποτε(sic) ποιήσει τοῦτο μὴ(sic) βίᾳ.

(Aristoteles, *Ethica Eudemia*, II, 2, 1, 1220b1–5 apud Ravaissone, p. 113, nota 1)

Si autem recte scribitur, sic;

ἔθιζεται δὲ τὸ ὑπ' ἀγωγῆς μὴ ἐμφύτου τῷ πολλάκις κινεῖσθαι πως, οὕτως ἥδη τὸ ἐνεργητικόν, ὃ ἐν τοῖς ἀψύχοις οὐχ ὄρῳμεν· οὐδὲ γὰρ ἄν μυριάκις ρίψης ἄνω τὸν λίθον, οὐδέποτε ποιήσει τοῦτο μὴ βίᾳ.

(Aristoteles, *Ethica Eudemia*, II, 2, 1, 1220b1–5)

In hoc loco, saltem decem errata inventa sunt. Rursus,

νοεῖν οὐκ ἔστιν ἄνευ φαντάσματος· καὶ ὁ νοῶν ὠσαύτως, χἄν(sic) μη(sic) ποσὸν νοῇ, τίθεται πρὸ ὄμμάτων(sic) ποσὸν(sic), νοεῖ δ(sic)' οὐχ ἢ ποσόν.

(Aristoteles, *De memoria*, 449b31–450a4 apud Ravaissone, p. 114, nota 12)

Si autem recte scribitur, sic;

νοεῖν οὐκ ἔστιν ἄνευ φαντάσματος· καὶ ὁ νοῶν ὠσαύτως, κἄν μὴ ποσὸν νοῇ, τίθεται πρὸ ὄμμάτων ποσόν, νοεῖ δ' οὐχ ἢ ποσόν.

(Aristoteles, *De memoria*, 449b31–450a4)

In hoc loco, saltem quique errata inventa sunt. Rursus, ille refert Epistulam Pauli ad Rom. in *Novo Testamento*,

βλέπω δὲ ἔτερον(sic) νόμον ἐν τοῖς(sic) μέλεσίν μου ἀντιστρατεύμενον τῷ νόῳ τοῦ νοός μου.

(Paulus, *Epist. ad Rom.*, VII, 23 apud Ravaissone, p. 117, nota 35)

Si autem recte scribitur, sic;

βλέπω δὲ ἔτερον νόμον ἐν τοῖς μέλεσίν μου ἀντιστρατευόμενον τῷ νόῳ τοῦ νοός μου.
 (Paulus, *Epist. ad Rom.*, VII, 23)

Et passim invenimus haec errata in expressionibus Graecis, quae videntur oriri ex ignorantia Graeca editoris sed non auctoris. Multi enim nostrum eruditioni Graecae de Ravaissone credunt. Ignorantia de lingua Graeca non facit editorem bonum.

His ita constitutis, in sequente videamus quae facta sunt circa linguam Graecam errata ab duobus auctoribus qui putantur pro professoribus doctis, quibus de modo credulo Japonici credunt. Quod ridiculosum est.

2 Exempla Prima

In exemplis sequentibus, eadem errata iterantur in libris scriptis ab auctoribus celebris qui putantur linguam Graecam scire. Sed, saltem, quatenus ad Graecam pertineat, in dubio est hunc auctorem legere textum Graecum.

Hic enim auctor perperam intellegit seu ignorat regulas accentuum Graecas et scripsit perperam passim.

Die Antwort ist, dass Natur allgemein oder, besser gesagt seit Aristoteles und dem Sophisten Antiphon, das Seiende ist, das von selbst da ist(*αὐτὸματον*¹(sic)).

(Böhme, 2016, *Gut Mensch sein: Anthropologie als Proto-Ethik*, p. 177)

In hoc loco, si Böhme recte scripserit, editor regulas accentuum Graecas non cognoverit. Sed re vera uterque ignoravit. Quod ostendit sequentes prolationes Graecae.

ρίς(sic) *σιμή*

(Böhme, 2019, S. 188, z. 5)

Si autem recte scribitur, sic;

ρὶς σιμή

Rursus,

ἀναφέρεται επὶ τὸ πάθος oder *ἀναρέρεται*(sic) *ἐπι*(sic) *τὴν ἐπιπρέπειαν*

(Aristoteles, *Physiognomica*. 811b23f., apud Böhme, 2019, S. 195, z. 11)

Si autem recte scribitur, sic;

ἀναφέρεται ἐπὶ τὸ πάθος oder *ἀναφέρεται ἐπὶ τὴν ἐπιπρέπειαν*

(Aristoteles, *Physiognomica*. 811b23f.)

Hae autem prolationes videntur docere nos de auctoris ignorantia linguae Graecae, scilicet, ille Graecam legere non potest.

¹recte, *αὐτόματον*. Accentus gravis(*αὐτόματον*) corrigendus est ad accentum acutum(*αὐτόματον*).

$\pi\rho\acute{\epsilon}\pi\epsiloni \tau\hat{\eta}(\text{sic}) \phiai\eta\mu\acute{e}\nu, \eta(\text{sic}) \mu\eta\phi,\hat{\eta}$

(Aristoteles, *Physiognomica*. 811a3, apud Böhme, 2019, S. 196, z. 11.5)

Si autem recte scribitur, sic;

$\pi\rho\acute{\epsilon}\pi\epsiloni \tau\hat{\eta} \phiai\eta\mu\acute{e}\nu\eta \mu\eta\phi\hat{\eta}$

(Aristoteles, *Physiognomica*. 811a3)

In hoc loco, Böhme scienter(sed re vera, non) explicavit sensus Graecos($\dot{\epsilon}\pi\iota\pi\acute{\epsilon}\rho\epsilon\iota\alpha$, $\pi\rho\acute{\epsilon}\pi\omega$) referendo glossario(Liddell-Scott) et translatione(Gohlke), sed ejus explicatio non persuasibilis est quia perperam scripsit Graecam linguam. Nisi igitur intellectus praesideat, nihil mathesis. Numquam laudabimus eruditum, cujus litterae exactam eruditionem non reddent.

3 Exempla Secunda

Deinde, videamus, quomodo Arendt in ejus libro expressiones Graecae saepe refert.

$\acute{\epsilon}\nu\acute{\rho}\gamma\epsilon\iota\alpha(\text{sic})$

(Arendt, 2016, S. 261, z. 7 von unten)

Si autem recte scribitur, sic;

$\acute{\epsilon}\nu\acute{\rho}\gamma\epsilon\iota\alpha$

In hoc loco, accentus acutus non distinguitur ab signo non aspirationis. Sed, id impossibile est hoc erratum fecisse auctorem se ipsam. Rursus;

$\acute{\epsilon}\nu \grave{\alpha}\nu\delta\rho\hat{\omega}\nu, \acute{\epsilon}\nu \theta\epsilon\hat{\omega}\nu \gamma\acute{\nu}\nu\oslash(\text{sic})$

(Arendt, 2016, S. 420, z. 12, Anmerkung 17)

Si autem recte scribitur, sic;

$\grave{\epsilon}\nu \grave{\alpha}\nu\delta\rho\hat{\omega}\nu, \acute{\epsilon}\nu \theta\epsilon\hat{\omega}\nu \gamma\acute{\nu}\nu\oslash$

In hoc loco, nos paenitet quattuor errata circa accentum et aspirationem invenire. Rirsus;

$\tau\acute{\alpha}(\text{sic}) \tau\hat{\omega}\nu \grave{\alpha}\nu\theta\rho\acute{\omega}\pi\omega\nu \pi\rho\acute{\gamma}\mu\alpha\tau\alpha$

(Arendt, 2016, S. 420, z. 27, Anmerkung 20)

Si autem recte scribitur, sic;

$\tau\grave{\alpha} \tau\hat{\omega}\nu \grave{\alpha}\nu\theta\rho\acute{\omega}\pi\omega\nu \pi\rho\acute{\gamma}\mu\alpha\tau\alpha$

In hoc loco, regulae Graeca ignoratur et accentus gravis non distinguitur ab accentu acuto. Rursus;

$\acute{\iota}\sigma\eta\eta\mu\acute{\iota}\eta(\text{sic})$

(Arendt, 2016, S. 424, z. 10, Anmerkung 22)

Si autem recte scribitur, sic;

ἰσονομίη

In hoc loco, accentus acutus non distinguitur ab signo non aspirationis. Rursus;

βασιλέυς(sic)

(Arendt, 2016, S. 424, z. 15, Anmerkung 22)

Si autem recte scribitur, sic;

βασιλεύς

In hoc loco, positio vocalis duplicis perperam notatur. Rursus;

αἰὲν ἀριστεύειν καὶ ὑπειρόχον ἔμμεναι ἄλλψ(sic), *Ilias*, VI, 208

(Arendt, 2016, S. 426, z. 22, Anmerkung 35)

Si autem recte scribitur, sic;

αἰὲν ἀριστεύειν καὶ ὑπειρόχον ἔμμεναι ἄλλων

In hoc loco, mendosum videtur esse in orthographia. Rursus;

πάντων χρημάτων, μέτρον ἀνδρωπον(sic) *εἶναι*

(Arendt, 2016, S. 456, z. 17, Anmerkung 23)

Si autem recte scribitur, sic;

πάντων χρημάτων, μέτρον ἀνθρωπον εἶναι

In hoc loco, alium mendosum videtur esse in orthographia. Rursus;

τὰς(sic) *εὐδαιμονίας*

(Arendt, 2016, S. 461, z. 38)

Si autem recte scribitur, sic;

τὰς εὐδαιμονίας

In hoc loco, accentus gravis non distinguitur ab accentu circumflexo. Rursus;

οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιραίη(sic) *εῖς*(sic) *κοίρανος ἔστω, εῖς*(sic) *βασιλεύς*

(Arendt, 2016, S. 465, z. 37–38, Anmerkung 58)

Si autem recte scribitur, sic;

οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιραίη εῖς κοίρανος ἔστω, εῖς βασιλεύς

In hoc loco, invenimus errata composita Graeca, quae errata iterata ostendunt hunc editorem non legere textum Graecum, quia ille non fecisset haec errata, si textum Graecum legisset. Passim errata hujus modi invenire possumus. Quamobrem hujus modi liber laudatur, nescio.

4 Epilogatio

In libris quos vidimus supra, si auctores uterentur expressionibus Graecis ut ornamentis seu ornatibus, id contumeliam² contra scientiam vel philosophiam afferet, quia illi simulant scire linguam Graecam, non vero scientes.

Ignorantia autem solita excusat, homines audaces et loquaces facere, ut Petrarca damnavit his verbis;

tantus est impetus, tanta animi teremitas, tantus tumor, tanta philosophici nominis, et tam vana jactantia, tanta denique opinionum pervicacia, et peregrinorum dogmatum ventoseque disputationis improbitas!

(Petrarca, *De sui ipsius et multorum ignorantia*, p. 62)

Ad quam studia, prolationes Graeca, auctores et editores perducunt, quorum usque nunc finis est gloria, ut videtur. Falsum quidem opinari est ignorantis, sed falsum impudenter asserre est ignorantis pariter et superbi. Primum igitur discere linguam Graecam, deinde dicere bene hominem esse et vivere modo activo.

Bibliographia

- Arendt, Hannah, 2016(1972), *Vita Activa oder vom tätigen Leben*, München: Piper.
- Aristotle, 1986(1936), *Aristotle VIII On the Soul, Parva Naturalia, On Breath*, (Loeb Classical Library), tr. by W. S. Hett, Cambridge, MA./London: Harvard University Press/Heinemann.
- ————, 1980(1936), *Aristotle XIV Minor Works*, (Loeb Classical Library), tr. by W. S. Hett, Cambridge, MA./London: Harvard University Press/Heinemann.
- ————, 1971(1935), *Aristotle XX On Athenian Constitution, Eudemian Ethics, Virtue and Vices*, (Loeb Classical Library), tr. by H. Rackham, Cambridge, MA./London: Harvard University Press/Heinemann.
- Aristoteles, 1991, *Aristotelis Ethica Eudemia*, Recensuerunt brevique adnotatione critica instruxerunt R. R. Walzer et J. M. Mingay, Oxford: Oxford University Press.
- Böhme, G., 2016, *Gut Mensch sein: Anthropologie als Proto-Ethik*, Dietzenbach: Die Graue Edition.
- ————, 2019(2013), *Atmosphäre: Essays zur neuen Ästhetik*, Berlin: Suhrkamp.
- Homer, 1978(1920), *Homeri Opera*, Recognoverunt brevique adnotatione critica instruxerunt D. B. Monro et Th. W. Allen, Oxford: Oxford University Press.
- Petrarca, 1906, *De sui ipsius et multorum ignorantia*, publié par L. M. Capelli, Paris : Champion.
- Ravaission, F. 1977(orig., 1838), *De l'Habitude*, Péface de Frédéric Towarnicki, Paris : Payot et Rivages.
- Westcott, B. F. et F. J. A. Hort, 1925, *The New Testament in the Original Greek*, New York: Macmillan.

(Akai, Kyoaki, Universitas Hiroshimaensis [Philosophia])

²Dicerendo autem de contumelia, per quam factio communistica Serica aliquas partes regit, huic adversari oportet. Et similiter oportet contra dicere dictatori qui spatium temporis magistratus extendit pro suo emolumento.

Commentarium Octavum in ‘Sibi Scribere’

AKAI Kiioakius

In libris quos scripserunt doctores famosi, exempli gratia, F. Ravaïsson, G. Böhme, et H. Arendt, multa expressionum Graecarum errata invenimus, quae videntur oriri ex ignorantia grammaticae Graecae horum auctorum seu editorum. Quod vero vexat studium philosophicum eorum qui sincere philosophantur.

Iam si recte disputavimus, haec multa errata ita sunt intellegenda, ut contingent ex ignoratnia grammaticae Graecae horum auctorum seu editorum qui simulant scire linguam Graecam, non vero scientes.

Accentuum et aspirationis regula Graeca quam aversatur, aliquis libros publicare potest, professor fieri potest; veritate vero quam non cognoscit, grammatica vera Graeca quam aversatur, philosophus verus fieri non potest. Oportet discere linguam Graecam ante dicere bene hominem esse et vivere modo activo.